UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CXXV. Das Domcapitel zu Magdeburg hebt nach dem mit Herzog Otto über seinen Anspruch auf die Altmark geschlossenen Vergleiche den Rechtsstreit auf, den es gegen den Herzog und die Altmärkischen ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54890

Visual Library

cuius etc. Teſtes ſunt hermannus comes de hennenberg, Johannes de buch, hennik de iagow, heineke de crochern, kuneke de Eckſtede. Anno domini M°. CCC°. XXXVI°., in die Johannis baptiſte.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LIII.

CXXIV. Der Erzbiſchof Otto von Magdeburg erklärt den Altmärkiſchen Städten den Anſpruch auf ihren Beſitz in dem mit dem Herzoge Otto von Braunſchweig eingegangenen Vertrage aufgegeben zu haben, am 11. Auguſt 1336.

Nos Otto, dei gracia ſancte Magdeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus, Recognoſcimus publice per hec ſcripta et ad notitiam omnium quorum intereſt volumus peruenire, quod propter commodum et utilitatem reipublice ac pacem terre generalem ſuper omnibus diſſenſionibus ac guerrarum diſcriminibus inter inclitum principem Dominum Ottonem, Ducem Brunsuicenſem, et nos jam dudum duratis ſumus cum eodem principe penitus concordati. Verum quia eundem principem nec non Stendalgenſis, Tangermundenſis, Oſterburgenſis, Saltwedelenſis ac Gardelegenſis opidorum conſules, Scabinos et omnes uniuerſitates opidorum eorundem propter jus fidelitatis et ſubjectionis ab eisdem extorquendum, in jus euocauimus ad ciuitatem Neuenburgenſem coram judice et conſeruatore nobis per ſedem apoſtolicam deputato, pro hujusmodi jure noſtro ac noſtre eccleſie eosdem ibidem impetentes, a qua quidem impetitione per meram compoſitionem receſſimus et recedimus, Dimittentes quoque predictum principem, opidanos et uniuerſitates memoratos ac omnes alios, quorum intereſt, ab hujus cauſa omnino liberos et ſolutos, eorundem libero committentes arbitrio, quod procuratores ſuos, de quibus ſibi in cauſa appellationis hujus in curia romana prouiderunt, ad partes poterunt reuocare, noſtrisque dabimus in mandatis, quod a litibus hujus ceſſent penitus et deſiſtant, Preſentium noſtrarum teſtimonio literarum, quibus noſtrum ſigillum in euidentiam premiſſorum eſt appenſum. Datum Magdeburg, anno domini M°. CCC°. XXXVI°., in craſtino B. Laurencii martyris.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 68.

CXXV. Das Domcapitel zu Magdeburg hebt nach dem mit Herzog Otto über ſeinen Anſpruch auf die Altmark geſchloſſenen Vergleiche den Rechtsſtreit auf, den es gegen den Herzog und die Altmärkiſchen Städte bei der apoſtoliſchen Curie anhängig gemacht hat, am 12. Auguſt 1336.

Nos Hinricus, dei gratia . . . prepoſitus, Johannes, eiuſdem gratia decanus, Totumque Sancte Magdeburgenſis Eccleſie capitulum recognoſcimus publice in hiis ſcriptis et ad noticiam omnium, quorum intereſt aut poterit intereſſe, cupimus peruenire. Ad perpetuum commodum et

vtilitatem rei publice ac pacem terre generalem ſuper omnibus diſſenſionibus ac gwerrarum diſcriminibus, inter Eccleſiam noſtram predictam Magdeburgenſem et Inclytum Principem dominum Ottonem, ducem Brunſvicenſem, iam dudum duratis ſumus cum eodem principe penitus concordati. Verum quia eundem principem, necnon Stendalgenſis, Tangermundenſis, Oſterburgenſis, Gardelegenſis ac Saltwedelenſis opidorum conſules, Scabinos et omnes vniuerſitates opidorum eorundem propter jus fidelitatis et ſubiectionis ab eiſdem extorquendum ad ciuitatem Nuenburgenſem coram Judice et conſeruatore, nobis per Sedem Apoſtolicam deputato, in jus procurauimus euocari, pro huiusmodi jure noſtro ac eccleſie noſtre memorate ibidem impetentes, a qua quidem impetitione nomine noſtro et eccleſie noſtre per meram compoſitionem receſſimus et recedimus, dimittentes quoque predictum principem Ottonem, opidanos ac vniuerſitates memoratos necnon omnes alios, quorum intereſt aut intereſſe poterit, ab huiusmodi cauſa et lite omnino liberosque ſolutos, eorundem libero committentes arbitrio, quod procuratores ſuos, de quibus ſibi in cauſa appellacionis huiusmodi in Romana curia prouiderunt, ad partes poterunt reuocare. Noſtrisque eciam dabimus in mandatis nomine Eccleſie ſepedicte, quod a litibus huiusmodi ceſſent penitus et deſiſtant, preſencium noſtrarum teſtimonio literarum, quibus ſigillum noſtri capituli in euidenciam premiſſorum eſt appenſum. Datum Magdeburgi, Anno domini M°. CCC°. XXX°. ſexto, feria ſecunda proxima poſt diem beati Laurentii martiris.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 69.

CXXVI. Markgraf Ludwig beſtätigt die vom Herzog Otto von Braunſchweig vorgenommene Beleihung Stendalſcher Bürger mit Hebungen aus Klein Schwarzeloſen, am 15. September 1337.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Approbauimus et ratificauimus, approbamus et ratificamus preſentibus et laudamus collacionem per magnificum principem Ottonem, ducem Brunſwicenſem, auunculum noſtrum dilectum, factam diſcretis uiris Rulkoni, merſoni et ebloni, dictis de lucou, fratribus, ipſorumque veris heredibus ciuitatis Stendal ciuibus ſuper ſex fruſtis cum dimidio in villa dicta lutken Swarceloſe cum ſingulis et uniuerſis ipſorum pertinenciis perpetue quiete et pacifice poſſidendis, Volentes ipſam collacionem ſub modis, forma et condicionibus, prout per ipſum ducem ottonem, auunculum noſtrum dilectum predictum, facta eſt, ratam tenere pariter atque gratam. In cuius etc. Teſtes ſunt domini buch, pincerna, bambrecht etc. Datum anno domini M°. CCC°. XXXVII°., in craſtino exaltacionis ſancte crucis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LIX.